NOS RECTOR & UNIVERSITAS CRACOVIENSIS

Laudabile imprimis Majorum nostrorum institutum est, ut qui honestis studiis atque artibus diu sese dediderunt, antequam ad vitæ communis usum, atque ad praxim sese conferant, ante omnia subeant examen, ut debitum eruditionis suæ testimonium legitimo acquirant modo. Cum itaque ornatissimus doctissimusque Vir Clarissimus ac Celeberrimus Dominus Florianus Kudrewicz Typographiæ Universitatis Cracoviensis præfectus, Ecclesiæ Parochialis Ritus Græci Uniti Curatus, diligentem assiduamque Sacræ Theologiæ multos annos operam navasset, atque jam ad exhibendum doctrinæ suæ specimen paratus esset, petiissetque à Nobis, ut ipsum titulo Academico doctrinæ suæ convenienti ornaremus. Nos cum honestissimæ æquissimæque ipsius petitioni hac in parte deesse non possumus, Ipsum per universam Theologiam accurate examinavimus. In qua dum præclaram eruditionem suam ac Sacræ Theologiæ peritiam abunde Nobis probasset, libenter contulimus petenti honorem, qui virtuti et honestis studiis debetur. Quapropter potestate Nobis competente, eundem Clarissimum Dominum Florianum Kudrewicz die decima quarta Mensis Decembris, Anno Millesimo Octingentesimo Nono Doctorem Sacræ Theologiæ pronunciavimus ac declaravimus, pronunciamus ac declaramus, dedimus ac damus ei potestatem Cathedram doctoralem conscendendi ac de Sacra Theologia respondendi, cæteraque exercendi, quæ Sacræ Theologiæ Doctores exercere solent. Tribuimus ei insuper privilegia omnia ac prærogativas, quæcunque vero Sacræ Theologiæ Doctori, legibus vel consuetudine tribui solent. In quorum omnium fidem, diploma hoc publicum, majore Universitatis Sigillo signatum, nec non manu Secretarij Almæ Universitatis subscriptum ei dari curavimus. Cracoviæ Anno Mense & die ut supra.

Sebastianus Comes Sierakowski
Custos Coronarum Regni
Rector Universitatis
Præpositus Cathe Cracov
Ord. S. Stg. Eques.

Bonifacius Garycki Sæ Theologiæ et U.J. Doctor
Professor Emeritus Facultatis Juridicæ Director
qua Promotor ejusdem Actus.

Michael Szymański
Universitatis Cracov. Secretarius

NOS RECTOR & UNIVERSITAS CRACOVIENSIS

Laudabile imprimis Majorum nostrorum institutum est, ut qui honestis studiis atque artibus diu sese dediderunt, antequam ad vitæ communis usum, atque ad praxim sese conferant, anteomnia subeant examen, ut debitum eruditionis suæ testimonium legitime acquirant modo. Cum itaque ornatissimus doctissimusque Vir Clarissimus ac Celeberrimus Dominus Florianus Kudrewicz Typographiæ Universitatis Cracoviensis præfectus, Ecclesiæ Parochialis Ritus Græci Uniti Curatus, diligentem assiduamque Sacræ Theologiæ multos annos operam navasset, atque jam ad exhibendum doctrinæ suæ specimen paratus esset, petiissetque à Nobis, ut ipsum titulo Academico doctrinæ suæ convenienti ornaremus. Nos cum honestissimæ æquissimæque ipsius petitioni hac in parte deesse non possemus, Ipsum per universam Theologiam accurate examinavimus. In qua dum præclaram eruditionem suam ac Sacræ Theologiæ peritiam abunde Nobis probasset, libenter contulimus petenti honorem, qui virtuti et honestis studiis debetur. Quapropter potestate Nobis competente, eundem Clarissimum Dominum Florianum Kudrewicz die decima quarta Mensis Decembris, Anno Millesimo Octingentesimo Nono Doctorem Sacræ Theologiæ pronunciavimus ac declaravimus, pronunciamus ac declaramus, dedimus ac damus ei potestatem Cathedram doctoratem conscendendi ac de Sacra Theologia respondendi, cæteraque exercendi, quæ Sacræ Theologiæ Doctores exercere solent. Tribuimus ei insuper privilegia omnia ac prerogativas, quæcunque vero Sacræ Theologiæ Doctori, legibus vel consuetudine tribui solent. In quorum omnium fidem, diploma hoc publicum, majore Universitatis Sigillo signatum, nec non manu Secretarij Almæ Universitatis subscriptum ei dari curavimus. Cracoviæ Anno Mense & die ut supra.

Sebastianus Comes Sierakowski
Custos Coronarum Regni
Rector Universitatis
Præpositus Cathe Cracov
Ord. S. Sta Eques.

Bonifacius Garycki Sæ Theologiæ et U.J. Doctor
Professor Emeritus Facultatis Iuridicæ Director
qua Promotor ejusdem Actus.

Michael Szymański
Universitatis Cracov: Secretarius

